Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Vbi de unitate percussionis

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

peccatum veluti habituale unum, perdurans per illas horas.

50 Ex his multa inferuntur, quæ maximè ad expediendam Confeſsionem conferre poterunt. Blaſphemo Primò, qui uno blaſphemiæ impetu blaſphemat, ſi ex eodem calore, licet poſt aliquam interruptionem blaſphemiam iteret bis, ter, pluries; ſatis eſt dicere *b* blaſphemavi; quia unum moraliter peccatum commiſit. An omnes blaſphemiæ ejuſdem ſint ſpeciei dicetur infra capite tertio, §. primo.

b *Molin. tom. 4 de juſtit. tr. 3 diſp. 43.*

Percuſſiones.

51 Secundò ſi quis aliquem uno iræ impetu ter, vel quater, vel pluries percutit, vel vulnerat; unum numero peccatum committit, & Clericus ſi ſit qui percutitur; in unam tantum excommunicationem ſic percutiens incidit? ſatiſque erit ſic fateri; hominem, vel Clericum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

graviter percuſsi, vel vulne-
ravi. *c*

c Acor to. 2.l.4. c 4 q.5.

Juramenta, & vota.

52 Qui ſimili unico impetu d
eadem re pejerat, juramento aſ-
ſertorio, atque iterum, iterum-
que, eodem calore, jurejurand
confirmat: ſemel peccat, ſatis
que eſt *d* ſi dicat juravi falſo. Pa-
ri modo qui eamdem rem Deo
vel homini promittit, eam con-
firmans iterato voto, vel jura-
mento promiſſorio, & deind
ſemel non obſervat, ſemel pec-
cat *e* cum repetitio, illa ejuſden
voti, & juramenti non mut
ſpeciem, nec multiplicet pecca-
ta. An omnia juramenta ſin
ejuſdem rationis dicam inf. c.
§. 2.

d De Lug. mox cit d. 16 ſect. 16 n. 561.

e De Lug. d.16. de pœn. ſec. 4 n.146.

Detractiones.

53 Qui unico veluti context
continuat graviter de altero de-
trahere, licet occaſione data ali-
quantulum detractionem inter-
rumpat; licet alias diverſas d
eoden